Fragmentarium

accepiſte ſemel. Hoſtiū preſentiſ [illegible]
ſuiſ predicatorib; celū. quia p̄ eoſ aditus
ad uitā ſe nobiſ aperit. Unde et ipſi primi 120
paſtoreſ eccl̄ie dicuntur. Quodcūq; ligaueriſ
ſup terrā. erit ligatū et in celiſ. et quodcūq;
ſolueriſ ſup terrā erit ſolutū et in celiſ. Uel
hoſtiū in ipſo ſuo capite exiſtit. quia ipſe de
ſe ueraciter dixit. Ego ſū hoſtiū. Hoſtiū
uero tabuliſ cedrinis compingitur. quia
ſancta eccl̄ia fidē predicantiſ. multitudini
buſ populoꝝ decoratur. et dū populi uariiſ
uirtutib; aſperguntur. ut uidelicet ali
uſ de rebuſ quaſ poſſidet indigentibuſ ne
ceſſaria tribuat. aliuſ omnia abiciens etiā
a legitimo conubio ſe abſtineat. aliuſ uero
tantū proficiat. ut alioꝝ etiā predicator
fiat. tamquā pictura uariiſ coloribuſ. ſic
eccl̄ia uariiſ uirtutib; honeſtatur. Cui ſanc
to ſpiritu conualeſcens hilariter reſpondet
dicens. Ego murus. et ubera mea ſicut tur
riſ. ex quo facta ſū corā eo. quaſi pacē rep
periens. Ubera ſua ſicut turrē habuit. ex
quo pacē corā ſponſo repperit. quia poſt
quā ſub ipſo ſpiritū pacis accepit. predi
catoreſ contemplatione altoſ et robore inuin
cibileſ nutriuit. Sed quid eſt quod non ait
pacē. ſed quaſi pacē repperiens. niſi quia

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_255_f120r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5261)